



# ANALYSIS Aristotelica ex Euclide restituta.

## Proæmium.

§. 1.

**I**nter infinita propemodum, quo-  
rum homo capax esse potest, bonorum ge-  
nera nullum inveniri Scientiâ præstantius,  
unô velut ore veterum asseruerunt Sapien-  
tes, idemque multis argumentis passim  
confirmavit Aristoteles, qui summam ho-  
minis felicitatem in contemplatione sitam esse ( non exclu-  
sô quoties occasio tulerit virtutum moralium exercitio) lib.  
X. Eth. ad Nic. cap. 7 & 8. luce clarius ostendit, & propterea  
*πάντας αὐθεώπυς τῷ εἰδέναι ὀρέγεσθε Φύση* initio Metaphysi-  
corum sapienter advertit.

§. 2. Ubi tamen non de quarumcunque rerum ( etiam  
futilium) sed de divinarum humanarumq; cognitione, eâq;  
non umbratili & superficiariâ ; sed de profundiori pariter  
& exactâ, certâ, accuratâ & evidente, quæ reali aliquo perfe-  
ctionis gradu perfundit intellectum naturâ scire desideran-  
tem, & de objecto, quod eidem propinat<sup>3</sup>, quodque ut ve-  
rum, certum, necessarium & æternum ex suis causis primis,  
omnibusque si quas habet intermediis, indè ab ipso Deo,  
purissimo Veritatum fonte, concatenatâ quasi serie dedu-  
ctum sicut it, *αὐτοὶ πάπιλοι reddit hominem & uti Plato loquitur*  
*τῆλε γίγων*, eamq; ob causâ absolute & καθ' ἑξοχήν SCIENTIA

Summum  
hominis  
Bonum  
SCIENTIA

Rerum di-  
vinarum &  
humanarū:

A

vo.